

Theology on the Web.org.uk

Making Biblical Scholarship Accessible

This document was supplied for free educational purposes. Unless it is in the public domain, it may not be sold for profit or hosted on a webserver without the permission of the copyright holder.

If you find it of help to you and would like to support the ministry of Theology on the Web, please consider using the links below:



Buy me a coffee

<https://www.buymeacoffee.com/theology>



PATREON

<https://patreon.com/theologyontheweb>

[PayPal](#)

<https://paypal.me/robbradshaw>

A table of contents for the *Journal of Theological Studies* (old series) can be found here:

https://biblicalstudies.org.uk/articles_jts-os_01.php

pdfs are named: [Volume]_[1st page of article]

DOCUMENTS

AN ANCIENT HOMILIARY: II.

VIII. SERMON FOR INNOCENTS' DAY

In natale infantum

[fol. 58 a] De beatis infantibus hodie locuturus, fratres, ipsorum preces mihi ad auxilium posco. amicorum enim Dei facilis est pro nobis ad inpetrandum oratio, si tamen nostra devotio prompta fuerit ad petendum; habemus enim pollicitationem et Domini nostri Christi dicentis PETITE
5 ET ACCIPIETIS, QUÆRITE ET INVENIETIS, PULSATE ET APERIETUR VOBIS. ergo 'efficaciter' impetramus quidquid 'fideliter' postulamus.

Hodie in psalmo presenti convenienter pro sollemnitate infantium recitatum est EX ORE INFANTIUM ET LACTANTIUM PERFECISTI LAUDEM. ipse dicitur PERFECISSE LAUDEM EX ORE INFANTIUM ET LACTANTIUM
10 Dominus Christus, qui et dicebat in sancto aevangelio NOLITE PROHIBERE INFANTES VENIRE AD ME, TALIMUM EST ENIM REGNUM CAELORUM; si omnium infantium est regnum caelorum, multo magis pro Domino occisorum. ad ipsum propheta David in principio et in fine huius psalmi dicit DOMINE, DOMINUS NOSTER, QUAM ADMIRABILE
15 EST NOMEN TUUM IN UNIVERSA TERRA: in principio et in fine (fol. 58 b) Christus est, quia ipse est INITIUM ET FINIS, α ET Ω, Deus et homo, caput et pedes. caput in illo tenet divina substantia, pedes humana.

Ergo EX ORE INFANTIUM ET LACTANTIUM PERFECISTI LAUDEM, ut
20 qui necdum adhuc noverant loqui in terris perfectas laudes Domino decantarent in caelis, et qui necdum noverant inter homines fabulari discerent Dominum inter angelos conlaudare. PROPTER INIMICOS inquit TUOS, UT DESTRUAS INIMICUM ET DEFENSOREM, id est diabolum, INIMICUM OMNIS innocentiae adque IUSTITIAE, DEFENSOREM impietatis
25 malignitatisque suae, benivolentiae inimicum malitiae amicum, qui malis DEFENSIONEM temporalem ostendit, bonis omnibus INIMICUS existit. sed audiens hoc non timeat omnis christianus, quia maior est Dominus ad protegendum quam diabolus ad impugnandum.

INIMICUM ET DEFENSOREM iterum Herodem illum pessimum demon-
30 strabat, in quo ipse (fol. 59 a) certissime diabolus habitabat, qui in odio salvatoris factus est INIMICUS infantium et quasi DEFENSOR regni sui,

VIII. 5. querite *cod* 9, 10. ipse . . . dñs xp̄s *scripti*: ipsi . . . dño xp̄o *cod*

VIII. 2. Cf. Cypr. *Ep.* lxxvi 7 (833. 13) 4. Mt. vii 7, Lk. xi 9 6. *Sacr. Greg.* c. 175. 5 8. Ps. viii 2 10. Mt. xix 14 14. Ps. viii 1, 9 16. Rev. xxi 6 22. Ps. viii 2 b 24. Act. xiii 10 27. Cypr. *ad Fortunatum* tit. x (320. 24)

nesciens *infelix* quia illa eius defensio magis et †permanet cruciatio†. quaerens Domini necem mittit in Bethlem ut omnes infantes A BIMATU ET INFRA crudeliter necarentur. iam et hinc significabatur quod omnis infantia in hoc saeculo esset laboratura pro Christo. ibant itaque impii 35 ab Herode missi carnifices, et venientes IN BETHLEM ET IN OMNIBUS FINIBUS EIUS invenerunt infantes nunc ad ubera matrum, nunc in patrum complexu pendentes. rapiunt, ferociunt, caedunt, partim confidentes ad terram, partim hastis infigentes, alios mucronibus dividentes; passimque ab impiis predonibus hinc inde diffusa innocens calcabatur 40 infantia. flebant crinibus effusis matres et dulcia obscura iacentibus parvulis infigebant.

O vere miseros! o infelices quibus peccare licebat, qui tantum (fol. 59 b) nefas agere non deerit impiis caelestis carcer de quibus beati infantes cum Domin 45 et de terrenis angustiis liberati de mundo vereantur desideratam felicitatem dignatione Domini per . o beati nimis isti infantes, quibus contigit pro Domino ante pæne pati quam nasci, ante Domini sui fieri comites quam hominis, ante regnare quam vivere, ante esse martyres quam fideles. 'aetas necdum habilis ad pugnam idonea facta 50 est ad choronam': prevenerunt choronæ merita: sine illa bonorum praerogativa factorum gratuito choronantur honore. de ipsorum enim sunt numero de quibus apostolus dicebat QUOS PRESCIIT, ET PREDESTINAVIT CONFORMES FIERI IMAGINIS FILI SUI ET CETERA. PRETIOSA IN CONSPECTU DOMINI ET MORS istorum SANCTORUM EIUS: pretiosa 55 magna et preclara quae fecit immaculatas aetates (fol. 60 a) as contingi. ergo *istius diei solemnia celebrantes semper deo patri per Christum gratias agamus.*

IX. SERMON FOR ST JOHN BAPTIST'S DAY

In natale sancti Iohannis

De beati Iohannis praecursoris Domini nativitate dicturus Dei patris auxilium per Dominum nostrum Iesum Christum exoro, UT ipse DET VERBUM IN APERTIONE ORIS nostri qui et sanctissimi Zaccariae hodie vinculum linguae aperuit et Iohannis nomen ut loqueretur effecit.

Ergo hic est sanctus Iohannes de cuius hodie sollempni nativitate 5 locuturi sumus. iste beatus, fratres, ex genere sacerdotali ortus visceribus sanctis hodie in hac luce profusus est. pater enim eius Zaccarias SACERDOS fuit, mater vero Elissabet et ipsa ex sacerdotali genere veniens

38. cedunt *cod* 39. astis *cod* 41. et: *bis cod* oscula *cod*² 48. pene *cod*
49. hominis *scripsi*: homines *cod* bibere *cod** 51. chorone *cod* 55. et *cod*:
fortasse legendum est 56. magna *cod*: *fortasse legendum* magis

IX. 3. aperitione ut *vid cod**

33. Mt. ii 16 50. Cypr. *ep.* lviii 6 53. Rom. viii 29 54. Ps. cxv 6 (cxvi 15)
IX. 2. Eph. vi 19 8. Lk. i 5

DE FILIABUS AARON summi sacerdotis, ut fidelis lectio evangelica pro-
 10 testatur. repente nuntiante sibi angelo in templo iste Zaccarias sacerdos
 de nativitate Iohannis NON CREDIDIT, et statim ommutuit. incredulita-
 tem taciturnitatis (fol. 60 *b*) poena secuta est; qui non credidit loqui non
 potuit, unde credens David dicebat CREDIDI, PROPTER QUOD LOCUTUS
 SUM: ommutuit ergo Zaccarias.

15 Nam signum et hoc fuit per silentium Zaccariae, quia cessaturum erat
 sacrificium vetus Iudaeorum novo videlicet adventante sacrificio christia-
 norum, cessatura erant sacrificia carnalia ut spiritalia potius prevalerent,
 cessaturum erat sacrificium terrenum ut caeleste procul dubio emerret.
 loquitur nunc Zaccarias in nativitate Iohannis ET VINCULUM LINGUAE
 20 EIUS DISSOLVITUR. nativitas filii laetificavit patrem. et hoc signum fuit
 quoniam iam illa quae clausa erant in lege et prophetis adventante isto
 beato Iohanne aperienda revelandaque fuissent.

Iste est igitur Iohannes sanctissimus Domini precursor, de quo
 dixerat Deus pater ad Christum filium suum ECCE EGO MITTO ANGELUM
 25 MEUM ANTE FACIEM TUAM QUI PARABIT VIAM TUAM (fol. 61 *a*) ANTE
 TE: VOX CLAMANTIS IN DESERTO PARATE VIAM DOMINI RECTAS FACITE
 SEMITAS DEI NOSTRI. et iterum de eo dicitur per David prophetam
 PARAVI LUCERNAM CHRISTO MEO, INIMICOS EIUS INDUAM CONFUSIONEM.
 de ista LUCERNA, *id* est de Iohanne, et Dominus dicebat in sancto
 30 aevangelio ILLE ERAT LUCERNA ARDENS ET LUCENS. ARDEBAT et
 LUCEBAT: ARDEBAT calore Spiritus sancti, LUCEBAT lumine Christi.
 PARAVI inquit LUCERNAM CHRISTO MEO: ista LUCERNA de Christo
 accepit procul dubio lumen, ut in nocte luceret, *id* est ut tenebrosos
 Iudaeos et ceteros gentiles in ignorantiae nocte positos inluminaret et
 35 velut lucerna ante diem et lucifer ante solem ita adventum Domini
 preveniret. decebat enim ante Dominum servum precedere, de verbo
 VOCEM sonare qui verbi mysteria nuntiaret.

Nam et idcirco Zaccarias pater eius prophético Spiritu dicebat ad
 ipsum Iohannem ET TU, PUER, PROPHETA ALTISSIMI VOCABERIS.
 40 (fol. 61 *b*) cuius ALTISSIMI dicitur qui tur
 Domini Christi, qui . . . patri
 in omnibus. tale est quia DEUS est non *creatus* ac ante omnia genitus
 saecula, et quia QUI DE CELO DESCENDIT SUPER OMNES EST: humilior
 patre quia QUAE VIDIT ET AUDIVIT HAEC TESTIFICATUR et quia DATA

IX. 9. aevangelica *cod** 10. nuntiantes sibi *cod* 14. ommutit *ut vid cod*
 17. petitus *ut vid cod* 20. dissolbitur *cod** 25. ante faciem . . . viam tuam:
bis per homoeoteleuton cod paravit *cod* 26. deserto: *perierunt ob defectum*
codicis nonnullae litterae ad initia linearum fol. 61 a, ad finem linearum fol. 61 b
 32. paravi: paravit (*fortasse etiam l. 28 supra*) *cod* 36. serbum *cod* 40. conicio
 Cuius 'altissimi' dicitur qui propheta 'altissimi' uocatur? Domini Christi, qui etc.

11. Lk. i 20 13. Ps. cxv i (cxvi 10) 15. Cypr. *Test.* i 15-17 19. Mk.
 vii 35 24. Mk. i 2, 3; Is. xl 3 28. Ps. cxxxi (cxxxii) 17, 18 30. Jn. v 35
 39. Lk. i 76 43. Jn. iii 31, 32 44. Mt. xxviii 18

EST illi OMNIS POTESTAS IN CAELO ET IN TERRA, et quia DONAVIT ILLI 45
 pater NOMEN QUOD EST SUPER OMNE NOMEN. Ergo ET TU, PUER,
 PROPHETA ALTISSIMI VOCABERIS.

Sequitur: PREIBIS ENIM ANTE FACIEM EIUS, ut diximus 'sicut lucerna
 ante diem et lucifer ante solem' et minister ante dominum suum, AD
 DANDAM SCIENTIAM SALUTIS PLEBI EIUS: idcirco dicebat de Christo 50
 ipse Iohannes HIC EST AGNUS DEI QUI TOLLIT PECCATA MUNDI, et
 iterum testabatur de illo HOMO QUI POST ME VENIT ANTE ME FACTUS
 EST, CUIUS NON SUM DIGNUS CALCIAMENTA PORTARE, adhuc autem
 aiebat quia EGO VIDI ET AUDDI QUONIAM HIC EST IPSE FILIUS
 DEI. con (fol. 62 a) 55

...
 ...

FRUMENTUM NOVUM et BONUM ab AGRO huius SAECULI
 abscissum HORREIS esset caelestibus reponendum.

Et ideo in tanto natalicio beatissimi Iohannis, fratres, amici et pre- 65
 cursoris Domini exultemus et laetemur in Domino quia et hoc olim
 predixerat Spiritus sanctus dicens MULTI IN NATIVITATE EIUS GAUDE-
 BUNT. vere MULTI GAUDENT, gratias Domino! multi gaudent. pauci
 tristantur, id est populi Iudaeorum, qui sunt, sicut scriptura dicit,
 IN CAUDA positi; gentes multae laetantur et christiani populi, qui sunt 65
 IN CAPITE constituti. ergo alacri desiderio votisque omnibus in huius
 precursoris Domini nativitate laetantes per Christum Dominum nostrum
 Deo patri omnipotenti gratias agamus, CUI EST GLORIA IN SAECULA.
 amen.

X. SERMON FOR ST STEPHEN'S DAY

(fol. 62 b)

In natale sancti Stephani

Hodie, fratres, iuvante Domino beati Stephani passionis sollemnia
 celebramus. hic eius est natalis dies quando de mundo sublatus est
 et aeternas sedes gloriosus martyr intravit. MORTUUS est saeculo UT
 VIVERET DEO, mortuus est huic mundo ut regnaret cum Christo.
 reliquit abditas regiones ut inveniret lucidas mansiones. egregius 5
 miles Christi pugnavit et vicit, vitamque moriendo possedit.

Hesternae die natalem Domini celebravimus, Deo gratias! et hodie
 natale sancti Stephani celebramus. o res mirabilis! natus est Christus
 in terris ut Stephanus nasceretur in caelis: ingressus est Dominus
 mundum ut Stephanus ingrederetur caelum: altus ad humilia descendit 10

45. Phil. ii 9 48. prehibis *cod* 50. plevi *cod* 60. fratris *cod** 61. letemur
cod 67. letantes *cod*

X. 1. iubante *cod* 5. reliquit *cod* veniret *cod** mansiones: *om. cod** 6.
 vitaeque *cod** 9. est *supplevi*: *om. cod*

48. Lk. i 76, 77 51. Jn. i 29 52. Jn. i 15; Mt. iii 11 54. Jn. i 34
 58. Mt. xiii 30, 38 62. Lk. i 14 65. Deut. xxviii 44
 X. 3. Gal. ii 19

ut humilis ad alta conscenderet : filius Dei factus est filius hominis ut filios hominum faceret filios Dei. DEDIT INQUID EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERI, HIS QUI CREDUNT IN NOMINE EIUS. (fol. 63 a)

Ergo hodie sanctus Stephanus *protomartyr* martyrii culmen adeptus
 15 est. iste semper Domini fidelis servus et ex seruo amicus, qui diaconus constitutus et ab apostolis ordinatus totum mente *inbiberat* Christum ut merito diceret MIHI AUTEM *VIVERE* CHRISTUS EST ET MORI LUCRUM. hoc primo cogitavit Stephanus mente, quod postea Paulus locutus est. fide ergo sciens iste beatus Stephanus nihil esse melius vita aeterna,
 20 vixit IN PRECEPTIS DOMINI immaculatam transigens vitam, castitatis cultura egregius, pauperum fidelissimus dispensator, misericors mitis humilis, NON REDDENS MALUM PRO MALO AUT MALEDICTVM PRO MALEDICTO, vere Christum gestans in corde gestans in moribus.

Hodie passionis choronam devota mente suscepit. lapidabatur
 25 undique a perfidis Iudaeis, nec timor nec metus inerat, sed securus caput ad vulnera preparabat, ut de lapidum ictibus choronas sibi susciperet trihumforum, quantasque poenas tantas sibi (fol. 63 b) gloriae . currebat *sanguis* tis vulneribus et impleverant
 SOS AD CAELUM *oculos* et suam tanti muneris

30 *inhaerens* Deo exclamat in conspectu omnium dicens ECCE VIDEO CAELOS APERTOS ET FILIUM HOMINIS STANTEM A DEXTRIS DEI, adque adorans ait DOMINE IESU ACCIPE SPIRITUM MEUM. consideremus, fratres, verba huius sancti : ECCE inquit VIDEO CAELOS APERTOS, prout diceret ' Quid insanitis, o Iudaei? quid frustra in mea caede laboratis?'
 35 ecce subtrahitis mihi terram, sed patent caeli ; subtrahitis temporalia, sed tribuuntur aeterna. VIDEO iam FILIUM HOMINIS STANTEM A DEXTRIS DEI, illum quem NEGASTIS, illum quem non creditis resurrexisse a mortuis, quem furatum putastis a discipulis suis et abditis quibusque locis inclusum. ecce in caelis est A DEXTRIS DEI FILIUS HOMINIS. hunc
 40 VIDEO qui in eadem carne (fol. 64 a) quam resuscitavit ascendit et velut rex in purpura constitutus videtur mihi in ipsa *palam* carne, velut Deus in templo inhabitans, sacerdos in agno, in illo scilicet agno in quo TULIT PECCATA MUNDI. VIDEO eum STANTEM A DEXTRIS DEI SUPER OMNEM PRINCIPATUM ET POTESTATEM ET DOMINATIONEM ET VIRTUTEM. hunc
 45 adorant angeli omnesque caelestes virtutes, et ideo dico et ego DOMINE IESU, ACCIPE SPIRITUM MEUM'. bene se, fratres, Domino commendavit Christo, sciens quia NEMO VENIT AD PATREM NISI PER ipsum filium. et ipse est sacerdos animarum sanctarum qui offert Deo patri *pias*

14. *protomartyr scripsi, nescio an recte*: pro *cod* 15. *serbo cod* 16. *inviverat cod* 17. *vibere cod* 21. *aegregius cod* 28. . . *tis*: *fortasse* . . us 30. *inerens ut vid cod* *conceptu ut vid cod* 34. *cede cod* 41. *palam scripsi*: *perierunt nonnullae litterae* 45. *et ego*: *om. cod**

11. Cf. Cypr. *de op. et el.* I (373, 6) 12. Jn. i 12 15. Cf. Jn. xv 15 16. Act. vi 6 17. Phil. i 21 20. Cf. Lk. i 6 22. I Pet. iii 9 29. Act. vii 55 30. Act. vii 56, 59 (55, 58) 37. Act. iii 14 38. Mt. xxviii 13 43. Jn. i 29 Eph. i 21 47. Jn. xiv 6

preces suorum omnium electorum. ET CUM HOC DICERET sanctus Stephanus inclinato capite ⁵⁰ *OB*DORMIVIT.

Adoravit in exitu suo et optatam requiem in humilitate suscepit, exaltationis gloriam in regnis caelestibus possessurus. quale putamus tunc fuisse gaudium angelorum in caelis quando iste primus martyr aeternas illas habitationes (fol. 64 *b*) martyrio choronatus intravit? quis potest enarrare tantam lætitiã angelorum? si sic angeli sancti ⁵⁵ lætantur IN CAELIS SUPER UNO PECCATORE PENITENTIAM AGENTE, quanto magis super iusto gaudeant confitente?

Ergo huius passionis sollempnia celebrantes semper Domino gratias referamus, CUI EST GLORIA IN SAECULA. AMEN. ergo dicamus ISTE ⁶⁰ *DIES* QUEM FECIT DOMINUS, EXULTEMUS ET LAETEMUR IN EO HYMNIS *PSALMIS* CANTICIS SPIRITALIBUS, dicentes iterum cum propheta FACTUS EST IN PACE LOCUS EIUS, ET HABITATIO EIUS IN SION, in illa HIERUSALEM CAELESTI quae dicitur 'Civitas pacis': HABITATIO EIUS IN SION, in illa invisibili sede, ubi aeterno regi aeternae referuntur laudes. et nos, fratres, gratias referamus CUI EST GLORIA IN SAECULA. AMEN. ⁶⁵

XI. SERMON FOR SS. PETER AND PAUL

De passione sancti Petri et Pauli

Legimus in quodam divinarum scribaturarum libro sic esse veritatis praecones ut radios solis qui ubi (fol. 65 *a*) apparuerint fugatis omnibus tenebris totum mundum desiderato lumine et serena luce perfundunt. unde bene dicitur ad eosdem Vos ESTIS LUX HUIUS MUNDI. NON POTEST CIVITAS ABSCONDI SUPRA MONTEM POSITA; NEQUE ACCENDUNT ⁵ LUCERNAM ET PONUNT EAM SUB MODIO, SED SUPRA CANDELABRUM UT LUCEAT OMNIBUS QUI IN DOMO SUNT. SIC LUCEAT LUMEN VESTRUM CORAM HOMINIBUS UT VIDENTES OPERA VESTRA BONA MAGNIFICENT PATREM VESTRUM QUI EST IN CAELIS.

Hodie donante Domino, fratres, beatorum apostolorum Petri et ¹⁰ Pauli passionis sollempnia celebramus. isti sunt vere beati, qui audierunt verbum Domini et custodierunt, unde Dominus dicebat BEATI QUI AUDIUNT VERBUM DEI ET CUSTODIUNT. et qui audierant fideliter salvatorem dicentem NOLITE TIMERE EOS QUI OCCIDUNT CORPUS ANIMAM AUTEM NON POSSUNT OCCIDERE et iterum QUI ME CONFESSUS ¹⁵ FUERIT CORAM HOMINIBUS, CONFITEBOR ET EGO EUM CORAM PATRE MEO (fol. 65 *b*) QUI IN CAELIS EST, hiis praeceptorum *memores eius*

50. Stefanus *cod** 55. letitiã *cod*
 XI. 2. fucatis *cod* 5. potes *cod** (*corr m p*) 17. hii: his ut *vid cod* *memores*
 eius: *conieci cum l 27*

49. Act. vii 60 56. Lk. xv 7 60. Ps. cxvii (cxviii) 24 61. Eph. v 19; Ps. lxxv (lxxvi) 2 62. Heb. xii 22

XI. 1. *Testamentum Levi* § 14?? 4. Mt. v 14-16 12. Lk. xi 28 14. Mt. x 28, 32

non mortes non cruces non vincula non carceres non ulla tormenta timuerunt.

- 20 Ibant MISSI a Domino UT OVES IN MEDIO LUPORUM, simplicitate mites, benignitate tranquillitate caritate concordēs, lacteam doctrinam veritatis candore fulgentem et fide tribus ferborans† cum tegumentis nuptialibus omnibus exhibentes. voluptates saeculi omnesque luxurias non solum ipsi calcabant, sed et a discipulorum moribus et sensibus
25 repellebant, mediocri cibo contenti et pane et olivis vel oleribus adsueti. ibant IN MEDIO LUPORUM latrantium adque ululantium veritatem fiducialiter predicantes, memores praeceptorum Domini dicentis ECCE EGO MITTO VOS SICUT OVES IN MEDIO LUPORUM, prout diceret 'Itis quidem inter medios lupos, sed nullus vos concutiat timor, pastoris vestri non
30 est neglegens sed diligens cura. si adversarius vigilat (fol. 66 a) adversum vos, sed non vos deserit Christus. ECCE EGO MITTO VOS INQUI? IN MEDIO LUPORUM: ESTOTE ASTUTI SICUT SERPENTES ET SIMPLICES SICUT COLUMBAE. SICUT SERPENTES CUSTODITE CAPITA VESTRA, in quibus maxime salus est vobis; cavete ab ictibus inimici. in capite vestro est
35 salus omnis fidei vestrae et cum SERVATIS CAPUT, hoc est fidem vestram, cetera membra erunt sine laesione manentia. ESTOTE ET SIMPLICES SICUT COLUMBAE, non dentibus frendentes, hoc est non INVICEM MORSIBUS dividentes sed societate concordēs, volatu invicem coherentes tamquam ad superiora pergentes et per diversa spiritali flatu currentes.
40 Sancto Petro ecce et sanctus Paulus de Iudaeis veniens in fide Christi sociatur, et non solum in fide fortis sed et in passione hilaris invenitur. TOLLUNT IUGUM Christi ambo, rumpentes vincula Satanae; omniumque errorum resistentium nodos sua disputatione solventes, multiplicant credentium numerum. hii uno (fol. 66 b) in tempore
45 contra Simonem magum divinis armis induti fortiter dimicabant: utebantur itaque spiritalibus armis adque caelestibus, SUCCINCTI LUMBOS mentis suae IN VERITATE ET INDUTI LORICAM IUSTITIAE, CALCIATI QUOQUE PEDES IN PRAEPARATIONE AEVANGELII PACIS, habentes etiam SCUTUM FIDEI IN QUO possent OMNIA IACULA MALIGNI IGNITA EX-
50 TINGUERE, ET GALEAM SALUTARIS ET GLADIUM SPIRITUS, QUOD EST VERBUM DEI, PER OMNEM ORATIONEM ET OBSECRATIONEM, ORANTES IN OMNI TEMPORE SPIRITU ET IN ILLO VIGILANTES: sicuti dicebat et sanctus Petrus VIGILATE ET ORATE, QUIA ADVERSARIUS VESTER DIABOLUS TAMQUAM LEO RUGIENS CIRCUIT QUÆRENS QUEM DEVORET.

20. obes *cod* 22. fide tribus *cod ut vid*: fortasse legendum fidei viribus 25. civo
cod olibus *cod* 29. pastoris vestri . . . cura *cod**, cf. XII. 46 *infra*: pastor vester *cod*²
34. cavete: fortasse caventes *cod* 36. lesione *cod* 41. Sancto . . . hilaris: *corresit*
*cod*² (vel secundis curis ipse scriba) sanctus Petrus ecce et sanctus Paulus de Iudaeis
venientes . . . sociantur . . . fortes . . . hilares inveniuntur 46. itaque *cod*: sed
dubium mihi videtur; fortasse legendum utrique adque scripsi: absque *ut vid*
cod 54. querens *cod*

20. Mt. x 16 30. Cf. 1 Pet. v 8 31. Mt. x 16 33, 35. Gen. iii 15 37. Gal.
v 15 42. Mt. xi 29 44. Cf. Act. vi 7, v 14 46. Eph. vi 14-18 53. 1 Pet. v 8

Ille autem Simon magus, satellis demonum, factiosa temeritate 55
 SUCCINCTUS et elatus turrem sibi praeparari mandaverat; qua ascensa
 ibat volando per aerem superbiae suae poenas velociter expensurus.
 ad vere beati apostoli genibus nixis simplici prece (fol. 67 a) ipsi magis
 ad superiora tendebant, ut inde colligatum ad terram deicerent magum,
 cordis et labiorum officio preces offerebant ad Dominum. nitentem 60
 adhuc illum magum et in caelum intrare cupientem—quod fieri omnino
 non poterat, quia claves inde Petrus acceperat—manu potenti percussus
 precipiti per aera cursu dilapsus ad terras concidit in conspectu omnium
 et mortem quam merebatur accepit.

Victores igitur sancti et gloriosi apostoli ab impio Nerone ducuntur 65
 ad mortem. ducebantur ad temporalem mortem, sed a Christo duce-
 bantur ad vitam aeternam. Paulus capite caeditur, qui ut CAPUT in
 sese Christi SERVARET totiens contra hostes improbos dimicaverat.
 Petrus vero transversus cruci figitur: sic enim se ipse cruci figi roga-
 verat, ut inclinato capite VESTIGIA Domini Iesu Christi, quae semper 70
 fuerat subsecutus, et in ipsa passione adoraret. unde nos in tantam
 sollemnitatem gloriantes et exultantes, carissimi fratres, (fol. 67 b) Deo
 omnipotenti per Christum eius Dominum nostrum laudes et gratias
 referamus IN SPIRITU sancto ET VERITATE adorantes per omnia saecula
 saeculorum. amen. 75

XII. SERMON FOR ST CYPRIAN'S DAY

De natale sancti Cypriani

Iucunditate plenus pro natale sancti martyris Cypriani hodiernus nobis
 dies illuxit, fratres. die isto debita pro honore martyris sollemnitatis
 celebratur. amoenitas temporis iucunditatem nobis largiorem efficit,
 vindemiarumque rubor ad cruorem martyris nostri concordat. suscepit
 aeclesiae torcular devotum sanguinem martyris sancti, et de eo purpureos 5
 flores parturiens totam IN ODOREM SUAVITATIS IMPLEVIT aeclesiam.
 intexuit coronas capiti eius Dominus Deus duplices adque multiplices
 'liliis rosisque' permixtas, hoc est et 'de opere candidas et de passione
 purpureas'. iste divina electione episcopus et martyr et disciplinam
 gregis Christi diligentissime custodivit (fol. 68 a) et triumphales palmas 10
 a Domino pro merito confessionis accepit. digne ergo et venienter
 hodie in eius natale dicimus cum beato David propheta ISTE DIES QUEM
 FECIT DOMINUS, EXULTEMUS ET LAETEMUR IN EO.

57. superviae cod 62. claves cod 68. Christi: fortasse legendum Christum;
 cf. Col. ii 19 69. transversus cod 71. adoraret: ita cod, sed dubium videtur
 72. Deo (dō) scripsi: Domino (dño) cod 74. spiritu: p̄u cod, cf. V 68 unus p̄s
 supra adorantes scripsi: cf. XIII 51 infra

67. Gen. iii 15, cf. Col. ii 19 70. 1 Pet. ii 21 74. Jn. iv 23
 XII. 6. Eph. v 2, Jn. xii 3 8. Cypr. Ep. x 3 (493. 3-5) 12. Ps. cxvii
 (cxviii) 24

In isto die convenienter et in presenti psalmo cantatum est PRAETIOSA
 15 IN CONSPECTU DOMINI MORS SANCTORUM EIUS. PRAETIOSA MORS,
 quae fudit sanguinem in terris, ut trihumfos haberet in caelis. per
 istam mortem sanctus martyr contempsit terrena ut inveniret caelestia,
 relinquit temporalia ut potiretur aeterna. stetit in proelio miles Christi
 fidei armis indutus, et contra veritatis hostes fortiter dimicavit: pugna-
 20 vitque et vicit non feriendo sed patiendo, vitamque moriendo quam
 optabat accepit. arbitrator et istum semper in precibus suis dixisse cum
 propheta David CREDO VIDERE BONA DOMINI IN TERRA VIVIENTIUM:
 et iterum aiebat QUANDO VENIAM ET APPAREBO ANTE FACIEM DEI?
 ut acciperet illud quod NEC OCVLUS VIDIT NEC AURIS (fol. 68 b) AUDIIT
 25 NEC IN COR HOMINIS ASCENDIT, QUAE PREPARAVIT DEUS DILIGENTI-
 BUS SE.

Iste bene audierat Dominum Christum dicentem NOLITE TIMERE EOS
 QUI OCCIDUNT CORPUS, ANIMAM AUTEM NON POSSUNT OCCIDERE: per-
 cussum corpus non post se trahit animam, sed substantia corporis vadit
 30 in terram substantia vero animae pergit ad caelum. hunc frequenti
 tuba praedicationis suae erudierat et beatus Paulus apostolus dicens
 QUIS NOS SEPARAVIT A CARITATE CHRISTI, TRIBULATIO AN ANGUSTIA
 AN PERSECUTIO AN FAMES AN NUDITAS AN PERICULUM AN GLADIUS?
 QUONIAM PROPTER TE MORTIFICAMUR TOTA DIE, AESTIMATI SUMUS
 35 UT OVES OCCISIONIS. SED IN HIS OMNIBUS SUPERVINCIMUS PRO EO
 QUI DILEXIT NOS: quia et ille QUI DILEXIT NOS Dominus Christus viam
 nobis per suam passionem ad caelum aperuit, qui prior ipse SICUT
 OVIS AD OCCISIONEM DUCTUS EST, ET SICUT AGNUS CORAM TONDENTEM
 SE SINE VOCE IN (fol. 69 a) HUMILITATE pertulit omnia, ut suos moneret
 40 discipulos per humilitatem passionis ad regna venire caelestia. ipse et
 in sancto mandabat aevangelio dicens 'ECCE EGO MITTO VOS SICUT
 OVES IN MEDIO LUPORUM: mitto vos in simplicitate fortes ad tolerandos
 impetus fremitusque luporum. ne trepidetis, ne terreamini! tolerare
 vos volo, non perire; exerceri vos volo in humilitate in patientia, ut
 45 perpetuas accipiatis pro passione choronas. licet persequantur vos lupi,
 tamen pastoris vos non deseret cura; ECCE ENIM EGO VOBISCUM SUM
 OMNIBUS DIEBUS USQUE AD CONSUMMATIONEM SAECULI'.

Steterunt in fide fortes, in confessione victores, civitatisque caelestis
 mansiones aeterno gaudio possederunt, semper patri per filium gratias
 50 agentes, CUI EST GLORIA IN SAECULA. AMEN.

XII. 18. relinquit *cod* 27. Christum: *fortasse xpm ei cod* 32. separavit *cod*
 42. ovis *cod* 48. in confessionem *cod*

14. Ps. cxv 6 (cxvi 15) 22. Ps. xxvi (xxvii) 13 23. Ps. xli (xlii) 2 24.
 I Cor. ii 9 27. Mt. x 28 32. Rom. viii 35-37 37. Is. liii 7, 8; Act. viii
 32, 33 41. Mt. x 16 46. Mt. xxviii 20

A. SPAGNOLO.
 C. H. TURNER.